Kiel

1236 - 1292

Lier

1022 - 1469 - 1159 - 1064 - 2709 - 1854 - 1609 - 2414

1236 - 1474
diffamatio

Et quia D.N. non solum S[m] suam et fratres eiusdem verum totam provinciam et Ordinem diffamare malitiose testimonio proprio scriptione et manu sua refertus est, inhabilitamus eum perpetuo et ineptum decernimus et haberi volumus ad omnes obedientias Ordinis

1292 - 1498
electio Pr.

Et quia significatum est nobis quod DDD. NNN. fuerunt principales authores discordiae S. Antw. in facto electionis novi Pr., nisi amoto ab huiusmodi temeritate cessaverunt, sint in disciplina generali ad Ord. voluntatem.

1022 - 1546
aedificia

Priori S. S. Cath. iniungitur ut in aedificiis construendis, consiliis et mandatis Visitt. acquiescat

1469 - 1547
infirmi

Ut fr. D.N. hospite, prof. subdiacono S. Lysae, ob debilitatem cerebri, Visit. de eo dispensent de statu ut petiit (in domo Delfensi)

1159 - 1558
caritas fraterna

Priori S. Lysae mandamus ut DD. N et N ubi professi sunt domo sua recipiat, si commode absque detrimento spiritualis et temporalis aedificii fieri potest, alioquin domibus in quibus hospitabuntur de mandato Visitatorum contribuat et satisfaciat ad Ordinationem Visit., ne ipsae domus moribus et expensis novorum professorum supergraventur

1064 - 1566
aedificia

Ut Pr. S. Lysae, omissis vanis et minus necessariis aedificiis, omni cum cura, restitutioni et reaedificationi claustri intendat

2709 - 1566
vestimenta

In S. Lysae: prohibemus priori et procuratori ne amplius vestimentis et mantellis utantur saecularibus, sed ad formam Religionis et Ordinis honeste et aedificatorie a caeteris ~~[illegible]~~ saeculares incedant, alioquin Ordo providebit.

1854 - 1568
observantia

Priorem S. Lysae rogamus et hortamur ut observantiam regularem sub suo praedecessore laudabiliter vigentem restituat, et ad id omnes provocet et compellat.

1609 - 1571
medicina

Et D.N. abstineat amodo exercere artem chirurgicalem et medicinam sub poena carceris, quam Visit. sine mora, si non se emendaverit, mandent executioni.

2414 - 1572
solitudo

Priorem S.L. hortamur ut juveniles annos gravitate morum compensans, exemplum fiat caeteris totius observantiae regularis, maxime silentii et solitudinis, prout de eo speratur, rogantes ad idem Conventuale Dictae S.